Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8204
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

et dignissimus author, qui à pueris diligenter
agnoscat. Nam quoniam scripta bonorum
authorum legunt, uel propter res ipsas,
de quibus scribunt, uel propter linguarum
cognitionem, uel propter utrumque: Hic
noster Poëta magis est diligendus et magni-
faciendus, quod utrumque ex libro ipsi peti
potest. Pulcras habet sententias, quae ho-
nestas regulas et doctrinam Vitae complectunt.
Praeterea nobis est perutilis, ut inde Graecam
linguam discamus, cuius cognitio, ut clare
apparet magnopere necessaria est ad mul-
tas artes recte discendas. Non hic refutabo
sententiam clamantium, ut nulli legant
Poëtae. Ipsos enim errare et decipi manifes-
tum est, quoniam inexhaustus doctrinae
cumulus reconditus est in libris Poëtarum.
Certe enim ipse fatetur Hesiodus, poetas ipsi
multum profuisse ad eloquentiam. Quoniam
uero Homerus et Hesiodus optimi a li-
teratis hominibus iudantur, merito alijs pre-
runt, qui, etiamsi boni, his tamen sunt
inferiores. Ita.

27